Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Otium et reges prius beatas reddit urbes
Virgilius in Georgicis.
labor omnia vincit
Improbus et duris urgens in rebus egestas.
Oratius in sermonibus libro 2o sermone 2o.
Neglectis urenda filix innascitur agris.
Ovidius sine titulo siue de amoris li. 2 ca. 17
Stulte quid est somnus gelide nisi mortis ymago.
Longa quiescendi tempora fata dabunt.
Idem de ponto libro 1o epistola 5a.
Cernis ut ignavum corrumpant otia corpus
Ut capiunt vicium ni moveantur aque.
At puto fructus adest iustissima causa laboris.
Et sata non multo fenore reddit ager.
Quintilianus declamationum 2 declamatione ... virgis nostris
et ad omne notum fluere fortuna lascivit otium.
Idem 5o declamatione laboribus oppressa tam incumbere
ubi effectus promittit. Stulta est cura que spem
non habet
Paulus 2 ad thesalonicenses ca. 3 et fi. Si quis
non vult operari non manducet.
Seneca epistolarum ad lucillum lib. 1o epistola 2.
durius tractandum est corpus ne animo male pa-
reat. Idem libro 5 epistola 2. Generosos animos
labor nutrit. Idem libro 7 epistola 2. Nullum
laborem recusant manus que ad arma ab aratro
transferuntur. Idem libro 17 epistola 2. piger
sibi ipsi obstat. Idem de cla. seu animus ...
libro ca. 12. Mollit otium ferrum situ rubi-
ginem ducit. Idem de naturalibus quest. lib. 7 et fi.
Tarde magna proveniunt si unque labor cessat.
Lucanus libro 1o.
Varias semper dant otia mentes.
Plinius de nat. ystor. in prohemio Vita vigilia
est.
Palladius de agricultura ca. 6 Grandior culta
exiguitas quam magnitudo neglecta.
lex ff. pro socio l. societates § 1 plerumque pauperioris
opera supplet quantum ei per comparationem patrimonii
deest.
Vegetius de re militari libro 2 ca. 14. Quis
credat militem bellicosum, cuius dissimulatione
situ et rubigine arma sordent.
Valerius maximus libro 2 ti. de institutis antiquis.
Massilia civitas omnibus qui per aliquam religionis
simulationem alimenta inertie querunt clausas
portas habet. Mendacem et fucosam superstitionem
submovendam esse existimans. Idem libro 8 ti.
sapienter dicta aut facta Appius claudius cre-
bro solitus erat dicere negotium populo R. me-
lius quam otium committi non quia ignoraret quam iocun-
dus tranquillitatis status esset sed quia animadverteret
prepotentia imperia agitatione rerum ad virtutem capessen-
dam excitari nimia quiete in desidiam dissolui.
Autor libri de formula honeste vite ca. 2 prudens
nunquam otio marcet, et animum aliquando remissum habet
non solutum.
Fulgentius Mitologiarum libro 2 fabula 3a sep
delicata consuetudo laboriosa fert prudiciam operi. nõ
Cato ca. 2.
Nam diuturna quies viciis alimenta ministrat.
Idem ca. 3.
Segnitiem fugito que vite ignavia fertur.
Nam cum animus languet consumit inertia corpus.
Cassiodorus epistolarum libro primo epistola 24 labo-
rem quippe non refugit qui virtutis gloriam re-
cupiscit. Ibidem 28 epistola. Nam sicut humana
sicut ... laboribus ... Ita per hostia torpescit
fatigat. Idem libro 11 epistola 32. Diutinus labor
sibi vendicat quod in scripta vix potest invenire
nobilitas. Idem 28 epistola. Labores reddunt
homines semper instructos
Gregorius in pastorali ca. 40. plerumque piger dum necessaria
agere negligit, quedam sibi difficilia opponit, quedam nõ
vero incaute formidat, et dum quod invenit quod vel
iuste metuat ostendit quod in otio quod non iniuste tor-
pescat.
Isidorus in sinonimia solilogorum libro 2 ca. 12. per
torporem vires et ingenium defluunt.
Autor libri qui dicitur paphilus ca. 2.
labor improbus omnia vincit.
Idem ca. 17.
providet et tribuit deus et labor omnia nobis
proficit absque deo nullus in orbe labor.
Idem ca. 38.
Improbus et durus dubios labor excipit actus.
Magnaque tollit iners commoda segnities.
Autor libri qui dicitur facetus ca. 2.
Otia nullus amet nisi sit coniuncta labori.
Ex nimia requie mortificatur homo.
Autor rudium doctrine libro primo.
Absque labore gravi vix munera magna dabunt,
Gratus et est plenus utilitate labor.
Gualterus de castellione libro 10 et fi.
vincit cuncta labor.
Matheus vindocinensis de ystoria tobie ca. 36.
Ex regio surgit pestis leviffa luxus.
demiger et fame prodigus hostis amor.
labora.
Languescat vicium nil ago morbus adest.
Henricus samariensis libro primo parte 2.
Non sine sudore prolitans candet arbor.
Jacobus beneventanus ca. 17.
Nam labor assiduus prima nulla gerit